Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Titur congregata omnis multitudo filiorum israel dixit ad eos. Hæc sunt quæ iussit dominus fieri. Per diebus facietis opus. Septimus dies erit uobis sanctus. Sabbatum est requies domini qui fecerit in eo opus occidetur. Non succendetis ignem in omnibus habitaculis uestris per diem sabbati. Colligata enim iam superius de sabbato diximus. Semper quid idem dicere superfluum est. nouam uero in eodem semper quærere expositionem superstitiosum esse uidetur. Nemo autem in sabbato ignem succendat nemo lites et discordias suscitet unde in mala furorem populus semiens succenditur.

Ego autem omnipotenti deo gratias ago qui me per hanc siluam obscuram satis et dempsam recto ut opinor iuuenere bucusque perduxit. Quæ enim sequuntur usque ad finem libri superius omnia enarrata et exposita sunt. Deo autem omnipotenti sit honor et gloria uirtus et imperium et nunc et semper et in omnia secula seculorum. Amen.

Explicit expositio beati Brunonis episcopi super Exodo.

Incipit prologus beati Brunonis episcopi super expositione leuitici.

Post geneseos et exodi expositionem secundum ordinem quo scripti sunt duce illo ad leuiticum transeamus. ad cuius operis explanationem deum patrem omnipotentem et filium eius iesum christum cum spiritu sancto inuocauimus supplicatenque deposcimus ut eodem spiritu quo moysi mentem ad scribendum replenit meam quoque ad hunc librum exponendum replere dignetur. Hæc autem uolumine moyses in monte spiritus sancti per moysen de sacrificiis plenissime disputat. Quibus utique si spiritualiter intelligantur proculdubio et peccata tollunt et deus placatur et peccatorum uenia datur. Dominus autem omnia iudeorum sacrificia xpi quodammodo passionem tumorem denuntiant. quedam tamen illud maximum et singulare sacrificium quod in ara crucis ipse hostia et sacerdos deo patri obtulit. propriae serenitatem significant. Quedam uero hæc quæ in eius memoria condie in ecclesia fiunt a sacerdotibus. Quedam uero sanctorum martyrum passiones. Alia uero ipsam carnis iure macerationem. Alia mechilomum cordis et spiritus contritionem designant. Porro cum animalium holocausta quorum sanguis infertur in sancta pontificum quorum carnes non comeduntur sed cremantur extra castra xpi propriae passionem testantur apostolo denuntiante. Ut cum. Quorum enim animalium infertur sanguis in sancta pontificum eorum corpora cremantur extra castra. Hæc autem exponens moyses subdidit dicens. Ita et iesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum extra castra passus est. De hiis autem quæ deo propitio multa in sequentibus dicturi sumus plura ad presens dicere non uidetur necesse. Nunc igitur ad ipsum librum uertamus.

Explicit prologus incipit tractatus.

Dixit autem moysen et locutus est ei dominus de tabernaculo testimonii dicens. Loquere filiis israel et dices ad eos. Homo quicumque obtulerit ex uobis hostiam domino de pecoribus id est de bobus et de ouibus offerens uicitimas. Si holocaustum fuerit eius oblatio ac de arietibus masculum immaculatum offerat ad ostium tabernaculi testimonii ad placandum sibi dominum. Homo enim iste qui ad placandum sibi dominum uicitimas offert xpianorum populum esse uidetur. Qui non solum super ecclesiæ altare uisibile uerum etiam in mutis altaribus inuisibili uirtutum de arietibus patriarcharum in